

sistere , non testem modo , sed Iudicem ,
 in quo iustitia & misericordia summa est .
 Multæ sunt præterea magnificæ voces E-
 picuri , quas prosequi & longum est , &
 minimè necessarium , sed vna omnium
 regula est : sententia placet , auctor displi-
 cit . Quamuis enim illum , vt ait Cicero , &
 bonum virum , & communem & huma-
 nū fuisse nemo neget , bonū tamē Philoso-
 phum nullus affirmat , nisi in eadem nu-
 tritus voluptatis officina . Quoniam sen-
 tentijs clarissimis abundans , eas (vt dixi)
 ad turpissimum finem refert : & hinc qui-
 dem ad vnius aëtus memoriam vocor , vbi
 spretum similiter auctorem legimus , ma-
 nente sententia .

INDIDES LACEDÆMON.

IN consilio Lacedæmoniensī , de graui ac
 magna re disceptatio oborta , hæfitan-
 tes animos tenebat , cunctantibus cæteris ,
 vitæ quidam & obscenæ , sed luculentæ
 facundiæ , Reip . Consilium salutiferum
 fortè dederat , tām proprijs tamq; so-
 mantibus verbis , vt ab omnibus probare-
 tur , quodque ille suaserat , iamiam in lege
 populi firmandum videretur : Dum in il-
 lius sententiam patroni omnes certatim
 ircent . Indides unus è scnum numero , qui-
 bus